



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXIII. Laudate Pueri Dominum, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Inuidia ac odio rumpantur ut ilia prauis,
Cernent & studia & vota perire sua.*

PSALMVS CXIII.

Laudate Pueri Dominum, &c.

*E*Vge festo carmine
Vos fideles tollite
Administri numinis
Nomen eius inclytum.
Nomen eius psallite,
Hinc adusq; in seculum.
Laus, honos & gloria
Sint ab ortu ad vesperam
Præpotenti tam Deo.
Omnibus sublimior
Gentibus noster Deus,
Cuius aether flammens
Subditus potentia.
Ausus anne quissiam,
Qui Deo se comparet,
Occupanti regiam,
Omnium celsissimam?
Attamen cœlestia

Intuens

*Intuens terrestria,
Non relinquit paupere,
Hunc leuans expuluere,
Atq^z tollens stercore,
Hunc ut inter principes
Gentis collocet sua.
Hic carentem liberis
Incolam facit domus,
Prole fætam plurima,
Sic repleta gaudiis
Mater ut sit blandula.
Laus Jehouæ sit Deo,
Omnium mitissimo.*

PSALMVS CXIII.

In exitu Israel de Aegypto, &c.

MAgnes ut Isacides Ægypti regna reliquit,
Tuq^z Jacob potens, barbaricum populum.
Tum Deus eximum sibi conseruauit Iudam,
Et protectorem se dedit Isacide.
Hoc ubi vidisset, fugit maris unda retrorsum,
Iordanis & refluxo flumine terga dedit.

Ff 3

Montes